

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 13: De compunctione (12)

Ambrosius:

Lacrime sunt vinum angelorum,

que inebriant ipsum deum

et peccatorum maculas lavant.

Hoc certe vinum laetificat cor hominis,  
hoc constat et angelos bibere cum laetitia.  
Denique gaudent in conversione et paenitentia peccatorum,  
salutem hominum sitientes.  
Lacrymae paenitentium vinum eorum,  
quod in illis vitae sapor gratiae sit, indulgentiae gustus,  
reconciliationis iucunditas, sanitas redeuntis innocentiae,  
serenatae suavitas conscientiae.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*,  
30.3 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.212,  
ll.4-8).

[fons nondum repertus]

Qui peccatorum suorum memores lacrymis maculas lavant,  
carnem per abstinentiam macerant,  
nullis se mundi hujus actionibus miscent,  
quae habent indigentibus tribuunt,  
et habere quae non habent non concupiscunt.

Gregorius Magnus, *Homeliae in Hiezechielem prophetam*, 2.10.19  
(CCSL 142, M. Adriaen ed., p.394, ll.511-514).